UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De || Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per Quæstiones explicatur

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

VII. Quomodò iure humano Sacerdos teneatur ad tenendum Secretum Confessionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Visual Library

exemplo dato, rem clariorem faciamus, ſi viuere neceſſarium eſt, & id ſine cibo ſeruare non poſſumus, fit vt & cibus ipſe ſit neceſſarius: Pari ergo ratione, quia confiteri occulta ſcelera, idque ceu commune bonum Eccleſiæ, neceſſarium eſt, id quod ſine conſignatione ſigilli ſecreti reſeruari non poteſt; fit vt ſigillum ipſum ſit penitus neceſſarium.

Quæſtio VII. ***Quomodò iure humano Sacerdos tenetur ad tenendum Secretum Confeſsionis?***

Reſpōſio. QVOD de iure humano celanda ſit Confeſsio, apertum eſt ex Cap. Omnis vtriuſque ſexus, vbi contra Confeſsionarium, cõfeſsionem verbo, aut ſigno, prodentẽ, graues pœnæ imponuntur, ſcilicet, quòd deponatur, & perpetuam agat intra monaſterium pœnitentiam: Similiter de Pœnitentia diſtinſt. 6. cap. Sacerdos, idem diſtrictè præcipitur, vt ſcilicet nec pro ſcandalo vitando poſsit Confeſſor vllo modo Confeſsionem ſub grauibus pœnis, ibidem contentis, detegere.

Quæſtio VIII. ***An non licet Confeſsionem reuelare, cùm celatio ipſius in præiudicium communicantis cædit?***

Neque